

Die Veneris 20. Decembris Anno 1605.
in profesto S. Thomae.

Convocatus fuit senatus Academicus ad horam octavam
matutinam sub fide et more consueto propter resi-
gnationem prioris et electionem novi Rectoris.

Cumq; Magn: Dn: Rector H. Ludovicus Geavinus
gratis deo actis, sceptro, sigillo et Libro Reformatio-
nis tradito, Rectoratum, quem per annum gessit,
debito modo ac more consueto resignasset, ac
reliqui Domini Senatores hanc resignatione cum
gratiarum actione acceptassent, praefecto articulo
de electione novi Rectoris ex Reformatione progressus
factus ad eligendum novum Rectorem ex facultate
Philosophica, quam ordo hoc anno tangit.

Verum cum non ita pridem Illustriſſimus Prin-
ceps JOHANNES CASIMIRUS Bipontinus, Comes
Palatinus, Dux Bavariae, Sponsheimj et Veldenz
nomen suum Academiae dederit, ac diligenter etiam
audiat lectiones Academicas: Communi